

171

Nobilissimo viro D. Constantino
Hugonio Zuberthoni de Zubertho Domino &
C. Barlaeus S. P. P.



Qui litteras haece Tibi exhibet, Nobiliss. Vir,
Pisonibus cognominis est, nec tamen, ut meum
arbitraris, aut ex illorum gente, quibus Artem
poeticam inscripsit Horatius, aut illius, cui
Germanici mors imputata. Mibi iam ante annos
vixinti et ultra amicitia singulari iunctus fuit,
ob indolem optimam, amari dignam. Et medicorum
filius est et Illustriss. Comitis Mauritij apud
Americanos. ardentius ita se artis suae peritia,
fide, obsequio. Extra sua probavit, ut favori
suis penitissime sit expertus. Abijt, unde
negant redire quidquam cl. Rompsius. Huic
in castris suffici vult sic noster Piso. Exijt
litteris Comitis Mauritij, suis quoque commen-
datione traditur Celsissimo Principi. Tu,
qui virtutum cultor es prius et censor incorruptus,
firmus adversus amicorum vota vanas et
ab affectu profectas, Virum hunc tua iustitia,
gaudione et benigna voce testimonio apud
Principem dignare, ob rei medicae peritiam,
experimentiam, diligentiam, humanitatem et morum
non fictam modestiam. Ego in plethura Sistoria
Americana totus sum. Hoofdius Satrapa
cum podagra et diragra luctatur nec aptus
cactu ludere, aut lucta aut cursu meum
delectare. Tibi, mi Hugoni, validiores
pedum manuumq. nervos exopto, quos nunquam
tibi plus nimio aut sollicitavit Cypria aut
Sismothus perit. Vale. Amstel. 28 Jun. 1645

A large, elegant handwritten flourish or signature mark is located at the bottom center of the page. It consists of a long, sweeping horizontal line that curves upwards at both ends, with a smaller, more intricate flourish below it.



